



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LIX. De Attentione In Precibus praesertim Canonicis, à quibus
Diabolus auocat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

§. Illud studium positum est in S. Officii continuatione, ne quid aliud negotioli, non valde necessarii interponatur, in quo etiam grauior sapius timenda culpa, cum in virtute obedientiae generalis synodus praecipiat, & summo jure infinitae Dei praestantiae ac Majestati hoc studium debeat. *Ecclesiastici 18. vers. 23. Ante orationem prepara animam tuam, & non sis quasi homo qui tentat Deum.* Desiderata verò & mandata deuotio posita est in attentione & reuerentia. Et quidem quia valde necessaria est attentio in canonicis precibus, de illa aliquot capitibus tractabimus. Deinde de reuerentia erga Diuinum numen agemus.

C A P. LIX.

*DE ATTENTIONE IN PRECIBVS
praesertim Canonicis, à quibus Dia-
bolus auocat.*

§. **C**Acodæmon in malitia sua obstinatus & pertinax omnium quidem virtutum & piorum operū hostis est & perpetuus osor, sed deprecationi ex qua in hominē plurima & praestantissima dimanare bona animadvertit, maximè inimicus & infestus est. Itaq; totis virib. conicitur, vt hominem vel prorsus à precibus abducatur, vel si id obtinere non potest, saltem & in alias ab oratione cogitationes evagetur obnixè laborat. Non latuit hoc dæmonis studium B. Bernardum, qui *serm. 4. de Quadragesima* ait: *Oratio quanto est efficacior, si fiat, vt debet, tanto callidius impediri ab aduersario solet.*


§. Et ante eum S. Isidor. l. 3. de summo bono. c. 7. Tunc *Diabolus magis cogitationes curarum secularium humanis mentibus ingerit quando orantem adspexerit.*

§. B. Ioannes Climacus gradu 4. *Semper quidem seruandus est quietus animus, atque ab omni perturbatione liber, sed attentius*

attentiùs tamen cum Dominopfallimus: student enim maxime demones perturbationibus animam nostram impedire atq; demoliri.

§. Et quidem hoc pestiferū Diaboli studiū, vt à precationib. hominē abstrahat, S. Basil. in sermone de rerum abdicacione significat cum ait: *Cave diligenter, ne cogitati-^{Demon legitima causa} onī illi animi tui assentiare, quæ ab orationis Canone nondum ducit.^{præsentu à precibus ab-}* præcō auellere te studeat. Habent enim morem hunc demones, vt faciendæ orationis temporibus, per speciosam aliquam laudabilis causæ simulationem nobis auctores sint, vt ab ea nos subducamus, vt quam salutem nobis asserre intelligunt, ab ea nos probabiliter abducant.

§. S. Basilius sententiam luculento exemplo confirmat B. Gregorii l. 2. Dialog. cap. 4. vbi quidam cæteris Deum precantibus foras ad terrena opera perficienda egrediebatur, quam inde à nigro puerulo vestimenti fimbria educi S. Benedictus vidit, ejusq; precatu B. Maurus, qui vagabundus à S. Benedicto virga percussus ad orationis studium immobilis permansit. Pœna sæpè oculos aperit quos culpa claudit. *Quamuis enim generosus animus, teste Seneca, rectius ducatur, quàm trahatur,* tamen quia non desunt homines seruili ingenio, qui non ratione, non pudore, non honestate, non monitis corriguntur, iis pœnæ adhibendæ sunt. *Vnde Prouerbiū: Phryx plagis emendatur.* Et ita rectissimè cum S. Benedicto faciūt Ecclesiarum antiſtites, qui in Ecclesiastico officio desides monitosq; pœnis coercent.



CAP.